

Johann Klein von Nicolaus Putter


**Meditatio Academica, Exhibens Examen Iuridicum Iudicialis Lamiarum
Confessionis, Se Ex Nefando Cum Satana Coitu Prolem Suscepisse Humanam,
Was von der Hexen Bekänntniß zu halten/ daß sie aus schändlichen Beyschlaff mit
dem Teuffel Kinder gezeuget?**

Rostochii: Wepplingius, 1698


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757183786>

Druck Freier  Zugang





V. 226.



Q. D. O. M. B. V.
MEDITATIO ACADEMICA,
EXHIBENS
EXAMEN JURI-
DICUM
JUDICIALIS LAMIA-
RUM CONFSSIONIS,
SE EX NEFANDO CUM SATANA COITU PRO-
LEM SUSCEPISSE HUMANAM,

Was von der Heren Befäntrniß
zu halten/ daß sie aus schändlichen Veyßhaff
mit dem Teuffel Kinder gezeuget?

QVAM
DEO PROPITIO, ET SUFFRAGANTE MAGNIFICO
JCTORUM ORDINE IN CELEBERRIMA AD VARNUM ADADEMIA
PRÆSIDE

DN. JOHANNE Klein/
J. U. D. & Pandect. P. P. nec non Consistorii Mecklenb. h. t.
Directore, Dn. Præceptore, Hospite, ac Patrono æternum deve-
nerando, placido eruditorum examini
d. 19. Novemb. Anno M DC XCVIII.
IN AUDITORIO MAJORI
submittit
NICOLAUS PUTTER, Strals.
AUTHOR.

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingii, Univ. Typogr,

DEO.
PATRIÆ.
ET.
PARENTI.



PRÆFAMEN.
SUMMARIA:

<p>Magia atrocitas cogno- scitur partim ex- turpissimâ illâ Sum- mi Numinis abne- gatione & execran- da Diabolo factâ mancipatione, <i>n. 1.</i></p> <p>Partim etiam, & maximè qui- dem ex detestando illò Lami- arum cum Satana coitu. <i>n. 2.</i></p> <p>Num talem coitum aliquis sequi effectus possit? <i>n. 4.</i></p>	<p>Narrantur horrenda Lamia cu- jusdâ Confessiones judiciales, excerpta ex Actis Inquisitio- nalibus ad Amplissimâ FCtens Juridicam Rostochiensem hoc Anno 1698. missis. <i>n. 5. seqq.</i></p> <p>Natâ inde esse occasionem banc conscribendi Disputationem juridicam, exponit. <i>n. 13. seq.</i></p> <p>Subjungitur excusatio. <i>n. 14.</i></p> <p>Et Conspectus totius Meditatio- nis. - - <i>n. fin.</i></p>
---	--



Quamquam atrocissimi MAGIÆ I.
criminis gravitas vel hoc solo se fa-
tis quidem prodat nomine, quod
cogitatu dictuque horrendum om-
ninò sit, hominem, ad imaginem
Dei creatum, & Christianis fatum
Parentibus, mediantibusque uber-
rimis baptismi fœderalis undis re-
generatum, omni pietatis ac hu-
manitatis sensu penitus abjectò, se, suamque animam, pre-
tiosissimò Christi sanguine redemptam, infensissimo huma-
ni generis hosti, ac æternæ damnationi nefandâ devovere
pactione, ex Dei filio turpissimum Satanæ mancipium
futurum, auget tamen tanti sceleris atrocitatem quàm
maximè, fœdissima illa corporum commixtio, quam ve-
sanæ libidinis agitatæ stimulis, oppidò delirantes sibi ab
A 2 im-

- immundo Spiritu stipulantur foeminæ, non rarò largis Satanæ promissionibus egregiè delusæ, momentaneæ que titillationis venereæ oblectamentum, nunquàm desituris corporis animæque infernalibus cruciatibus miserè expiaturæ. Id verò sine horrore in Protocollis judicialium Lamiarum confessionum vix legi potest, turpissima hæc Satanæ Organa, ex execrandâ cum impurissimò hóc Spiritu consuetudine majori sæpe affici delectationis sensu, quàm si cum legitimis licitâ venere corpus misceant maritis suis; imò detestandam hanc libidinem effectu non semper suò caruisse, sapius *humane forma vivis liberis*, ex sodomiticâ hâc corporum commixtione natis. Sanè cum ex discursu Excellentissimi Dn. Præsidis, Præceptoris. Hospitis ac Fautoris mei ad urnam æstumatissimi, ante aliquot Septimanas observarem, ipsum ex actis inquisitionalibus ad Amplissimam hanc Facultatem Juridicam transmissis, notasse, Mulierem Veneficii suspectam, extra torturam suapte spontè liberrimè fassam esse, non duntaxat trinâ vice, & *primâ* quidem duodecennem, *secundâ* quindecennem, & *tertiâ* sedecennem, artem magicam à diversis Magistris edoctam, sanctissimò toedere cum Creatore suo pactò, turpiter violatò, se Diaboli ministerio totam adixisse, sed & cum omnibus tribus, Sponsorum loco sibi ab impiis Doctoribus suis datis Spiritibus, multoties tantò coivisse oblectamentò, ut turpissimæ hujusce consvetudinis sine aliquò gaudii sensu recordari vix tum, cum ad judicem traheretur & ad formatos respondere juberetur Inquisitionales articulos, potuerit, insuperque ad prævia eandem respondisse interrogata; Daß aus solchen betriebenen schändlichen Beyschlaff / ihr einstahl ein schwarzer rauher Windwurm abgegangen / den sie auff ihres Geistes Davids angeben bey einem kleinen gemachten Feur zu Pulver verbrand / welches Pulver der David weckgenommen / folgendes Tages in einem

nem

nem grauen Krämerhäuschen ihr wieder zugebracht / und
 ihr Vieh damit umzubringen gelehret. Item/ daß ihr nach-
 gehends wieder eine Frucht in Gestalt eines Mägdgens von
 einem Pott-Krug groß abgangen/ welches sie zwey Tage bey
 sich gehabt/ des Tages in ihr Bette verwahret/ des Nachtes
 aber zu sich genommen / auch mit ihren Brüsten gestil-
 let/ und gemercket/ daß es gesogen / ihr Geist David aber
 hätte sie nach zwey Tagen weggenommen : Et porro :
 Zum drittenmahl hätte sie wieder ein Mägdchen mit ihren
 andern Geiste Hansen / dem sie am liebsten leiden mö-
 gen/ und mit welchem sie auch im Bey-schlaff die meiste
 Lust empfunden / eine Zeitlang darnach gebahren/ welches
 ihr Geist aber gleich weggenommen / und wie sie eine ge-
 raume Zeit darnach von eben demselben ein Knäbchen zur
 Welt getragen / hätte ihr Geist ihr denselben nicht lassen
 wollen / sondern auch gleich weggenommen : Sonsten/
 wann sie mit diesem Geiste zu thun haben wollen / hätte sie
 nur gesagt : Komm Raster und Knaster mie / so hätte er
 sich gleich eingefunden / auch wäre er allezeit sehr kalt ge-
 wesen : Et tandem : Daß noch in dem Gefängniß ihr Geist
 Hans und David mit ihr zweymahl gebuhlet / und
 sie von solcher Vermischung am 21. Septembr. dieses
 iztlauffenden 1698ten Jahres des Abends im Schum-
 mern / nachdem sie den Tag vorher der Frauen / bey
 der sie gefangen gessen / daß ihr so schlimm / angst und
 bange sey/ auch hefftig friere / geklaget/ auch die Examina-
 tores ihr wohl anmercken können / daß sie grosses Leibes /
 Spiritu suo obstetricante, eine Frucht in Gestalt eines
 Mägdgens zur Welt gebracht/welche sie auch in ihren Hän-
 den gehabt / und gesehen / wie es sich mit Kopff / Händen
 und Füßen geregt / auch endlich gehdret / wie es geweinet/
 21 3 und

- und da es ganz kalt gewesen / an ihre Brust gehalten / und
 seugen wollen / aber der Geist David habe es anfänglich
 nicht haben wollen / endlich es zwar zugegeben / da sie
 dann eigentlich merken und empfinden können / daß es von
 ihr Milch gesogen / welche aber anjehz verschwunden / doch
 eine halbe Stunde darauff es ihr genommen / und damit
 12. sich weg gemacht / welches sie gerne behalten hätte. *Addit,*
se in partu maximos uterinos sensisse dolores, sanguinis-
que uterini, copiosè emissi, vestigia in ipsâ terrâ, indusioq;
suo vidisse, quæ tamen dein omnia disparuissent, ego totâ
contremui mente, altiusq; cepi meditari, fierine possit, ut
ex nefando Lamiarum cû Satanâ coitu verus nascatur par-
 13. *tus humanus, incessitq; ex illo tempore animum cupido*
veritatem istiusmodi Confessionis Sagarum judicialis ad
examen vocandi juridicum, cumq; Varnaicis valedicturus
Musis juberer, Genitori meo Honoratissimo transacti
hîc triennii publicas reddere rationes, hoc thema dignum
judicavi, in quo ingenii vires periclitarer, indubiâ lacta-
 14. *tus spe, Candidum Lectorem Juvenilem hunc conatum,*
benevolo suo favore sublevaturum, veniamque haud de-
negaturum esse, si quidem in arduâ hâcce, ac variis in u-
tramq; partem animi motibus, à magni commotis The-
ologis, æq; ac Jctis & Medicis controversâ materiâ hallu-
cinatus fuero, duobus integram meditationem inclusu-
rus Capitibus, quorum ALTERUM recensitis Affirman-
*tium ac Negantium rationibus, evictum ibit; *Demonem**
 15. *reverà rem veneram cum Lamiis exercere posse; ALTE-*
RUM verò evertere conabitur communem statuentium
opinionem, ex tali cum Satana vero coitu verum nasci posse Ho-
minem., Tu autem Alme Deus dirige calamum, ut non
 nisi quæ ad Tui Nominis gloriam & detegendam miram
 mille fraudum Artificis vafritië factura sunt, inde fluant.

CAPUT I.

DEFENDENS

ILLORUM SENTENTIAM, QUI
SATANAM CUM LAMIIS ACTUM VE-
NEREUM VERE EXERCERE POS-
SE, SUSTINENT.

SUMMARIA.

Loco Ingressus exponitur ne-
cessitas questioni: Utrum ex
detestandò cum Satanà coitu
verus nasci homo possit?
præmittendo disquisitionem.
An etiam Satanus cum Lamiis
verè coire possit? n.1.
Ejus subjicitur ratio, n.2.
Satanam verè cum Lamiis actum ve-
nerium exercere, statuitur. n.3.
Non negatur tamen impurum hunc
Spiritus sæpe phantasticis illu-
sionibus suis mancipiis impone-
re. - - n.4. seq.
Verus concubitus hic dicitur quoad
actum coëundi, & in oppositio-
ne illusorium & imaginarium
concubitus, non verò quoad
effectum generandi veram
sobolem humanam. n.7.
Talem cum Satanà nefandam
libidinem alios sortiri sequio-
res posse effectus, traditur. n.8.

Rationes, quibus fulcitur sententia
superior, recensentur. n.8. seq.
Satanus in Sacris appellatur Spi-
ritus Fornicationis ac Spurci-
tiæ. - - n.9.
Potest hic Veterator corpus ex æ-
re & terrâ condensare, aliisque
elementis, vaporibus & exha-
lationibus facillè solubilibus
mixtis compactum induere, il-
lud localiter movere, & in hoc
adscititiò corpore Lamiis in-
cubare, & quoad coëundi actû
Veri Mariti aut proci concum-
bentis officio actualiter defungi,
non sine voluptate illarum, qui e-
xecranda hujus Veneris narrant
historiam. n.9.
Hanc communem esse Theologorum,
Jctorum & saniorum Philoso-
phorum sententiam, videre est ex
allegatis. n.10.
Bonos etiam Angelos in assumptis
ad tempus corporibus verè com-
me-

medisse ac bibisse, sacratestatur littera. n.13.	per, sed clarâ etiam die obve- nerint. n. 22.
Quotidiana comprobatur experientia, Sagas non duntaxat ferè omnes unanimiter fateri, Diabolum in forma modò Juvenis, modò etiam provectioris atatis Viri, turpissimam suam consuetudinem à nefandò detestanda hujus veneris exercitio ordiri, sed & sepe compellere Lamias ad reitrandam fedam hanc commixtionem. n. 14.	Imò, cum oblectamentò Lamiarum, & aliis sepe Diabolicum coitum videntibus. n. 23.
Afferuntur in hanc rem detestanda confessiones Saga cujusdam ex actis nuperis Inquisitionalibus ad FCtem Juridicam Rostoch. missis, excerpta. n.15. seqq.	Pro quò probandò duplex affertur exemplum n. 24. seq.
Huic additur ex Carpozio alia in multis circumstantiis priori concordans. n.20.	Recensentur Doctores, qui dicam scribunt, Verum Diaboli cum Lamia coitum defendentibus n. 29.
De aliis agitur remissivè n.19.	Subjiciuntur rationes dissentientium n. 30. seqq.
Conciliatur fides hisce confessionibus ex accuratâ Sagarum descriptione circumstantiarum Temporis, Loci & Numerorum coitus Satanici, item & circumstantiali narratione Formæ & Vestitus Amasiorum, nec non qualitatis in uterum immitti membri feminisque Judici ordine exposita. n. 21.	(1) E numero impossibiliu esse, Dæmones corpore, membris genitalibus ac spermante carentes, verè cum Lamiis coire posse, ac ullis venerarum libidinum illecebris trahi. n.31.
Quodque hæc talia Sagis non somnò depressis & internâ quâdam imaginatione deceptis, sed certò vigilantibus, nec nocte sem-	(2) Satanam nullam ex coitu voluptatem posse percipere. n.32.
	(3) In Sacro Codice nefanda hujus veneris nullum invenire esse vestigium. n.33.
	(4) Hunc congressum ex lesa mente proficisci censi & mere esse phantasticum, illi similem, qui per quietem libidine diffluentibus sapius objicitur, ipsis fatentibus Lamiis, se nescire; quid secum actum sit. n.34.
	Responsonem ad rationem primam & secundam exhibet. n.35.
	Ad Tertiam. n.36.
	At QVARTAM & ultimam, n.37. seq.
	Cum

CUm otiosa exitura videatur omnis futura nostra I.
demonstratio, imo in *Domitianam* quæstionem a-
bitura sit operosior disquisitio: *Utrum ex nefando*
cum Satana coitu verus nasci possit partus humanus? si *Caco-*
dæmon cum mancipiis illicitâ & execrandâ venere *verè*
coire non possit, cessante *verò concubitu*, facile etiam *verò* 2.
partu humano, cujus ille *ceteris paribus* causa existere debet,
cessaturò, operæ omninò pretium nos facturos rati su-
mus, si, antequam ad ulteriora progredieremur, hoc *primò*
evictum in antecessum iremus *Capite*, impurum hunc 3.
spiritum cum suis *Organis reverà* concumbere, remque
veneream *verè* exercere, & exercere posse.

Hoc *verò* asserentes, id minimè gentium statuimus, 4.
ac si *Satanas* cum *Lamiis* *semper*, quando his videtur cor-
pora se sua cum illo miscere, *ipsò actu & verè* congregiatur:
Non enim inficiamur, mille fraudū hunc Artificem mirò
vafrementò credulas mulierculas, easq; sæpè simpliciores
fallere ex professo edoctum, phantasticis illusionibus
præprimis in somniis sæpè egregiè imponere *Lamiis*, ut
expergetactæ, vel jurejurandò obtinere non sint dubita-
turæ, summâ cum delectatione se cum *Dæmone* in for-
mâ amabili *verè* concubuisse, & ad satietatem usq; illicitò
ejus amore & venereis amplexibus fuisse perfruitas: Sed 5.
illud duntaxat affirmam9, *Satanam* non rarò, omni phan-
tasticâ illusionem planè exulante, *verè* cum *Sagis* vigilantibus
illicitâ venere ac *Diabolica Sodomîâ* congregi, ita ut ipsæ
non duntaxat externâ sese mole premi, sed ipsis etiam
membris genitalibus cum semine frigidissimò venereum
sensibiliter imitti instrumentū intelligât, & impurissimos
suos *Amasios* propriis usurpent oculis, ac palpēt manib9.

B

Secun-

6. Secundò hic præfatur : *verum* quando Diabolo tribuimus *coitum*, hoc non accipiendum esse quoad effectum procreandi *sobolem humanam*, sed duntaxat quoad *actum coeundi* & effectum *copulae venereae sequio-rem*, ita, ut opponatur talismodi verus coitus *phantasticae imaginationi*, aut *imaginario amplexui*, effectum, licet non
7. *prolis humanae*, tamen sequiorem *intumescentis uteri ac dolorum uterinorum* illis, similibus, quos parturientes foeminae in ipso ordinariè partu perlentire solent, sortiturus.
8. Quibus præmissis, Positionem nostram sequentibus firmamus rationibus: (I.) Quod, quanquã Satanã sit Spiritus sensus omnis ac affectionis corporeæ expertus, sicque cum corporea substantiã, animã sensitivã præditã ob sumã naturarum oppidò incomparibilium discrepantiã jungi nullo posse modò videatur, propitiã tamen negari veritate haud possit, Spiritum hunc *Fornicationis ac Spurcitiei*, uti ap-
9. pellatur *Osee c. 4.*, corpus ex aëre terrãq; condensatum, aliisque elementis, vaporibus ac exhalationibus mixtis, facileque solubilibus compactum & formatum, artificiosè induere, illud movere localiter, inque hoc assumptò corpore suis mancipiis incubare, atque Viri verè cocumbentis officio quoad *actum coeundi*, actualiter defungi posse, non sine voluptate illarum, corpora quæ sua foeditissima mali Dæmonis subagitationi nefandã venere subicere haud verècundantur. Quæ philosophandi ratio sicuti comuni Theologorum, Iurorum ac saniori philosophiæ addictorum probatur calculò, Vid. August. *in Tract. De Civitate Dei* L. 15. c. 23. Fr. Balduin. *in casibus consc.* L. 3. c. 5. Cas. 113. p. 761. Lambert. Danæus *in Ethica Christiana* L. 2. c. 14. ibi: *Septimo loco questum est de Dæmonibus; Utrum cum iis conjugari copularique foeminae prohibeantur: Et dubitant quidem, utrum id fieri possit; Qui si legerint, quæ scribit Augustinus*

CUM LAMIIS ACT. VENER. VERE EXERC. POSSE SUST. II.

gustinus de Civ. Dei de Daemonibus, & illorum natura & quod omnes admittant. Daemonum alios esse incubos (i. e. sub specie virili supervenientes) incubare foeminis, Schottus in *Phys. Curios.* L. 1. c. 21. p. 83. alios succubos (i. e. sub muliebri specie Viris succubantes, pati muliebria, Melerizius in *Differ. Physic. de infant. Supposit. tb. & 4.*) certe fatebuntur, id esse verum, & saepe mulieres maleficas cum Daemonibus coivisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse, ex illarum confessione accepimus. Illi enim ad tempus induunt corpora, & aëris impulsu potest excitari titillatio, jucundusque aliquis in coitione sensus, qui re ipsa concumbentes cum illis delectet. Confer. Thom. 2. *Sent. Dist. 8.* Toletus. in *Summa* L. 4. c. 15. Alphons. à Castro De *Jus. Hæretic. Punit.* L. 1. c. 16. Carpzov. *Pr. Crimin.* P. 1. qv. 9. 49. n. 42. Petr. Theodor. in *colleg. Crimin. Diss.* 7. tb. 3. Lit. N. Delrio. *Disquis. Magic.* L. 2. qu. 15. Sprenger. in *Malleo Malefic.* P. 1. qu. 3. p. m. 48. Joh. Henr. Pott. in *Diss. jurid. De nefando Lamiarum cum Diabolo coitu,* c. 4. & Dn. Ernst. Frider. Schröter. in *Diss. De Lamis,* qu. 6. ibique plenâ manu allegati Dres. Ita (2.) haud parum inde roboris sumit, quod bonos etiam Angelos in *assuritis* ad tempus corporibus, verè cum hominibus edisse ac bibisse ipsa sacra nos edoceat littera. Accedit hisce (3.) Ipsa quotidiana experientia, ceu quâ optimâ rerum Magistrâ, erudimur, sagas non duntaxat ferè omnes unanimi confessione asserere, Diabolum in formâ modò Juvenis optime ornati, modò etiam provectoris ætatis hominis turpissimû suum sodalitium ac contuberniû à nefandissimo detestandæ hujus veneris exercitio auspicari, sed & saepe ab immundò hoc Spiritu mancipia sua interdium & vigilantia compellari ad continuandam & reiterandam hanc foedissimam consuetudinem. Sic ex Actis novissimè Mense sc. Octob. hujus Anni 1698. 15.

ad Ampliffimam FCtem Juridicam Rostochienfem
 tranfmiffis, obfervavit Excellentiffimus Dn. Präfes,
 inquitam illam judicialiter faffam effe, daß des folz
 genden Tages / wie den Tag vorher die N. N. Ihr das
 Zaubern gelehret / und einen Bräutigam Namens Hans
 ziemlichen Alters zugefrenet / NB. um Vormittag wie
 Feiner zu Hause gewesen / gemeldter Hans im fchwarz
 gen Habit zu ihr vor die Thüre gekommen / und fich
 gemeldet / daß er der von der alten N. N. ihr angewiefe
 ner Bräutigam fey / welchen fie angenommen / und mit ihm
 in die Kammer gangen / und daselbft auff Bette mit
 ihm Zuhlschafft getrieben / und wäre fie damahl
 6. erft 12. Jahr alt gewesen. Item; Wie fie ohngefehr 15.
 Jahr alt zum andernmahl wieder von dem N. N. zaubern
 gelernet / und Er ihr abermahlen einen andern Bräutigam
 Namens Hans zugefrenet / hätte fich diefer Bräutigam
 fo gleich bey fie auff der Heyde / wofelbft fie die Kühe
 gehüet / nachdem ihr Lehrmeifter nur nach Hause gan
 gen / eingefunden / auch noch darauff im Felde mit fie ge
 bublet / auch nach 2. Tagen des Abends in ihrem Hau
 fe / allwo fie gedienet / in der Küchen wieder zu fie gekom
 men / und daselbft den Beyfchlaff unter Verfpredung ei
 nes fchwarzen Tuchs / (welches er aber nicht gehalten)
 wiederholet: Diefer Geift wäre allezeit in einem bunten
 Sammitschen Koefe / von weiß / roth und fchwarz
 gen Streiffen / mit grauen Strümpffen / fchwarz
 gen an beyden Seiten auffgefchwängten Huthe mit
 einem feydenen fchwarzen Bande / zu ihr gekommen /
 und diefer Bräutigam fey ihr angenehmfter Geift ge
 wesen. Addit: Mit diefen hätte fie öfters gebublet /
 und wenn fie rechte Luft darzu gehabt / hätte fie nur gefaget /
 fom.

Komm Kaster und Knaster mie / so hätte sich ihr Geist bald eingefunden / da sie denn von solcher Teuffelischen Vermischung ihre Lust empfunden (welches Inquilita mit Lachen erzehlet) doch wäre der Geist sehr kalt / auch was von ihm gängen / kalt und roth gewesen; Et porro: Wie Sie zum drittenmahl von der alten N. N.¹⁷ unter dem Versprechen / daß Sie ihr noch mehr Künste / als Sie bereits wüßte / lehren wolte / zaubern gelernet / hätte auch die ihr einen Bräutigam Namens David zugesellet / der sich auch gleich des Nachts drauf eingefunden / und im Bette mit Sie gebuhlet / mit diesen hätte Sie auch im Tage genug / und noch im Gefängniß diese unmenschliche Unzucht wiederholet / dieser wäre in männlicher Statur und im schwarzen Habit ihr allemahl erschienen / sähe aber sehr heßlich aus / und hätte solche tolle Hände und Füße / als Pferdefüße / und dieser wäre ihr sehr hart gewesen / auch von Natur ganz kalt: Et tandem: Sie hätte diese Zauber-Kunst zween wieder gelehret. (1.) einen Jungen N. N. dem Sie eine glatte und schmuckte Braut / mit einen braunen Rock und schwarzen Kappe zugeführt / Namens Anna Dorethie / so dieser auch zu sich genommen / und sich zu ihr geleet. (2.) einer Dirnen N. N. der sie einen Bräutigam Namens Heinrich / im schwarzen Kleide zugesellet / der gleich zur Hand gewesen / mit welchem diese ihre Buhlschaft getrieben / und wäre Inquilita darauf weggangen. Huic infinitæ ab aliis literis jam consignatæ jungi possunt Sagarū confessiones. quò multæ numerò videre sunt apud Carpzovium in pr. Criminal. P. 1, 9. 50. in fin. in specie verò cum priori in multis circumstantiis convenit Judicialis Lamiaë alicujus confessio, quam

proximè allegatus Carpzovius ex actis Inquisitionalibus
 Mense Febr. 1622. d. 1. annotavit. quæ circumstantialiter
 asseruerat, daß der/bey erlernten Zauber-Kunst ihr zu gefel-
 te Bräutigam beim ersten/auff der Erde gehaltenen Bei-
 schlaff in schwarzer Kleidung/schwarzen Huth
 mit einem gelben Federbusch/rothen Strümpffen und
 einem Kuh-/Fuß/zum andernmahl aber in grauen
 Kleide und auff den Huth einen braunen Feder-Busch
 auch gelben Strümpffen zu ihr gekommen/der eine rech-
 te Fuß sey damahlen wie ein Esels-Fuß/sein Glied aber
 sey hart und kalt gewesen/und habe Sie ganzer neun-
 zehen Jahren in solcher unmenschlichen Unzucht gelebet/
 und so oft mit ihm Gemeinschaft gehabt/das sie
 es nicht zehlen könne/wie Er dann in *Carcere* noch
 fünfsmahl mit ihr gebuhlet. Confer. Schröterum &
 Pott. *citt. Diff. Schottum Pbil. Curios. Mirab. L. 1. c. 21. & L.*
2. c. 28. Thyraeum De locis infestis P. 1. c. 19. n. 28. aliosq; Qui-
 21. *bus Sagarum confessionibus, contra se ipsas factis, eò fa-*
ciliùs assensum quisque suum impertietur, quò magis cir-
cumstantiæ Temporum coitionis, (die scilicet, an nocte) Lo-
corum, (an in lecto, an verò in nudâ terrâ) Numerum co-
ituum (semel, an sæpius) Forma & Vestitus Amasorum &
Qualitatis membri & seminis accurata descriptio, Ju-
 duci ordine expositæ, quicquid adhuc dubii incredù-
 lo superesse possit, eidem eximere ac delere potis sunt,
 prudenti pensaturo meditatione, hæc talia Sagis, non
 somnò depressis, internâque quâdam imaginatione delu-
 22. sis, sed certè, & perspicuè vigilantibus, nec semper nocte, sed
interdiu etiam, cum voluptuariâ sensatione contigisse,
 imò sæpe aliis coitum Dæmoniacum videntibus, sicuti
 23. illud inter alia confirmat narratio Literis consignata ab
 Herman-

Hermanno Gæhaus *in Decis. Illustr. quest. usus freq. qu. 3.* Venerificæ confitentis, Diabolum, postquam primò nuptiarum die cum marito confueviffet, altero die secum fuisse congressum, idque adeò potenter, ut nullam debinc cum proprio marito coeundi habuerit voluptatem. Schröter Conf. & 24 Pott. d. ll. Hoc verò corroborat Sprengerus *supr. all. Tr.* ubi refert, sæpè pè Sagas in agris & Sylvis sese reterege, & clarâ die coire cum Diabolo, sæpèque relectas in agris viſas, interdum etiam ipsis incubantes, & in hærentes Diabolos à viris supervenientibus esse deprehensos, hosque gladiò illos cœdentes nil effecisse.

Quamquam autem ex hætenus deductis apricari 25 autumem 9, malum Dæmonem cum suis mancipiis quoad actū coeundi illicitam venerem verè exercere posse, adeò, 26 nt, qui dicente Thomâ apud Sprengerum *in Mall. Malef. P. 1. q. 3. mibi 48.* hanc communem & omnium tere seculorum experientiâ comprobata sententiam, Vid. Delrio. *in disq. Mag. L. 2. q. 15. aliq. num. 10. b. c. allegati Ddres*, ne- 27 gare aufit, imprudentiæ notam incurrere videatur, non desunt tamen, qui eandem ex non contemnendis in dubium vocare sustinent rationibus, statuentes, *Concubitorium Dæmonibus esse impossibile & merè phantasticum, ac rei evidentiæ contrarium.* Quorum ponderare argumenta, ante quam ad princeps negotium expediendum nos accinga- 28 mus, adhuc volupe est.

Sicuti autem inter Negativæ hujus sententiæ Patro- 29 nos, quos longâ serie citatos exhibet Carpozovius *in Pr. Crim. P. 2. qu. 29. n. 21.* quibus jungi possunt Philippus Broideus, Joh. Baptista Porta, Toreblanca *L. 2. c. 20.* Engubinus *L. 8. De Perenni Philosoph. cap. 26. aliique,* agmen ducit Thummus *in Tract. Theol. De Sagor. Impet. nocendi imbecill. & gravit. pæn. q. 8. p. 35.* & Johan. Fich. *Consil. III. ibi: Es ist*
 1111

ungläublich / ja lauter Gespenst und Träume von der
 Weiber leiblichen Vermischung mit den bösen Geistern un-
 angesehen / daß die Inquisitores hæreticæ pravitatis ihres
 eigenen Nuzes halber / und andre solchen Unglauben / durch
 viele erdichte und glaubwürdige Exempel / wie dieselbe in
 malleo maleficarum Chilandi, und andern mehr / so an
 dem Pabstthum hangen / gefunden werden / hefftig ge-
 stärket / und so viel als gläublich gemacht haben / auch
 31. wider NB. alle Vernunft und natürlichen Verstand.
 &c. ita eandem firmant sequentibus rationibus. (1.) Quod
 Dæmonum concubitus sit ex numero impossibiliū, cum
 corporibus, membris genitalibus, & semine destituti,
 nullis venerearum libidinum illecebris trahantur, solisq;
 Deus istius modi stimulos hominibus, ad sobolem procre-
 andam & multiplicandum genus mortalium indiderit,
 32. quorū Dæmones, ceu stabili & certo creati numerō, non
 sint indigi. (2.) Quod naturæ Dæmonum planè adverfe-
 tur coitus; Quodque (3.) nullam ex hoc coitu Satanas vo-
 33. luptatem percipere possit; & tandem (4.) in Saro Codico
 34. ne vestigium quidem legere sit de nefandâ hâc Dæmonis
 cum Lamiis consvetudine, in quâ tamen omnis hujus Ve-
 teratoris malitia latis detecta est; ut inde hic congressus ex
 mente læsâ merè censeatur imaginarius, similis illi, qui
 per quietem libidine diffluentibus objicitur, ipsis Sagis fa-
 tentibus, se utique nescire, quid secum agatur. At verò
 hæc, aliaque dissentientium argumenta ejus non viden-
 tur esse ponderis, ut in sua nos castra trahere possint, qui
 ad primam & secundam paucis reponimus rationem, falsum
 omninò esse è numero impossibilium esse, ac naturæ Dæ-
 monum adversari, venereum cum Sagis exercere actum;
 Licet enim propriis careant corporibus ac semine, posse

tamen illos in adscitio corpore veneras Viri actiones³⁶.
 æmulari, semine vel ex nocturnis Virorum pollutionibus,
 aut aliunde ab alijs Diabolis succubis exceptò, destinatisque
 Sagarum locis applicatò, supra jam deductum est. Neque
 concludit argumentandi ratio: Diabolorum certus in pri-
 mâ creatione est numerus, qui nec per coitum potest mul-
 tiplicari neq; multiplicatione etiã indiget. Ergo Diaboli non
 possunt cum Lamiis venerẽ exercere: Cùm à negatâ gene-
 ratione, ad negandũ congressum, infaciliter omninò inferatur.

Ad Tertiam rationem respondemus: Utut malus³⁷.
 Dæmon ex actu venereo nullam sentiat voluptatem cor-
 poralem, sufficere, eundem, ceu intensissimũ humani gene-
 ris hostem, nefandâ hâc libidine mancipia sua à DEO abdu-
 cere, ac secum infernalũ crucia tuum participantia facere
 posse; Recte enim docet Sprengerus *supra allegato Tract. p.*
45. Diabolum fœminis abati non quidẽ delectationis causã,
 (nisi quã gaudet, homines deceptos esse,) quæ in Spiritus,
 carne ac ossibus carentes, cadere nequit, sed ut opus gene-
 rationis polluat, & defœdet, hominesque à rectò tramite
 abductos, in fœdissimam hanc conjiciat libidinem, sicque
 miserè delusos, in æternam præcipitet damnationem. Vid.
 Delrio. *in Disq. Magic. L. 2. q. 27. Sect. 2. p. 188.* & Peucer. *De*
Divinat. p. 11.

Minoris verò adhuc momenti est, quod lo-³⁸
 co quarta rationis afferebatur, cum apud omnes expedi-
 tum sit, à silentio ad negationem, non valere consequentiam.
 Illud verò negatur, quod hic congressus, non dormientibus,
 sed vigilantibus contingens, sit merè illusorius & Phantasti-³⁹
 cus, quodque Lamiarum omnium hæc sit confessio, se nesci-
 visse, quid secum actum sit: Cum Circumstantialiter factæ
 illarum depositiones, de quibus supra actum est, rem planè

C

aliter probent, & satis eant evictum, turpissimum hunc coitum non fuisse imaginarium & multis parasangis ab illo diversum, qui in somniis libidine diffluentibus, non raro solet obijci; Cum Lamia vigilantes revera illa fruuntur venere, cujus speciem somnia tantum dormientibus videntur sva- viter præfigurare.

CAPUT II.

EVINCENS

EX VERO SATANÆ CUM LAMIIS COITU VERAM PROLEM HUMANAM NASCI NON POSSE.

SUMMARIA.

Ingressus Capituli II.

n. 1.

Ab actu veneri congressus, ad effectum nascituri inde hominis non semper valet consequentia.

n. 2.

Proponitur summa totius hujus Cap.

n. 3.

Recensentur Patroni sententia communis, ex vero scilicet coitu Satânico cum Lamiis, non posse non verum nasci partu humanum.

n. 4.

Referuntur rationes pro hac sententia.

n. 5. seqq.

Quia, (a) Licet Satanas, qua Spiritus, ipse semine prolifico destituatur, illud tamen multis potest invenire modis, inventumq; incubum agens, in Uterum Lamiarum intromittere, & ita ex se-

mine humano virili veram prolem humanam generare.

n. 6.

Fieri id posse tribus modis (a) per surreptionem seminis in viro, nocturnis pollutionibus maculato, (b) aut excipiendo semen viri, cui se malg Demonu in forma Succubi supposuit, illudque celerrimo motu iterum in Uterum Lamie, cui incubat, intromittendo Vel (c) Mortuo Cadavere humano, in quo eo invento semine, in actu veneri abutendo, demonstratur.

n. 7. 8.

(2.) Argumentantur à minore ad majus, ducendo argumentum à possibilitate imprægnationis & nasciture sobulis humane ex spermate propè uterum emisso, membro

membro genitali nequidem in Veneris palestram intronissio, ad possibilitatem procreandi partum humanum ex actuali Satana cum Lamiis congressu, membrique genitalis ac spermatis humani immissione. n.10.

Adducuntur historia illarum, qua creduntur impregnata ex semine virili, non in, sed prope uterum tantum emisso, sicque extravasato, nullò interveniente maritali contactu. n.11 seq.

(3) Eodem argumentandi modo inferitur à possibilitate conceptionis & partus humani ex solâ imaginatione concubitus Virilis, sine omni tamen actuali ejus congressu, ad possibilitatem concipiendi & pariendi verum partum humanum, exulante imaginatione, postoque actuali cum Satana concubitu. n.18.

Subjicitur notabilis decisio Parliamenti Gratianopolitani, A.1637. pro legitimitate partus pronunciantiu, quem ex imaginario mariti per quadriennium absentis, mortuique concubitu Uxor ipsius pratenderat se concepisse. n.19.

(4) Provocatur ad judiciales Lamiarum confessiones & exempla. n.11.

Proponitur sententia negantium, ex nefando cum Satana coitu verum

nasci posse hominem, licet semen humanum, ac virile verè in uterum Lamiarum sit effusum. n.22.

Additur ratio, cur hec ultima sint adjecta verba. n.23.

Apud plerosque expeditum est, Diabolum semine masculinò planè destitui. n.24.

Semen virile est principium formationis, sine quo nulla sperari potest Hominis conceptio, aut generatio. n.25.

Semen est substantia corporea pars, cibique optime concocti residuum. n.26.

Probatur superius assertum (1) ex consideratione qualitatis ipsius Satanae. n.27.

(2) Et consideratio qualitatis corporis à Diabolo assumpti ad perficiendum foedissima cum lamiis commixtionis actum, & ipsio Seminis, in uterum earum effusi. n.34.

(3) Ex defectu exemplorum, confirmantium, ex istiusmodi execrando coitu veros natos esse homines. 67.

(4) Ex consideratione circumstantiarum, factas Lamiarum confessiones, se ex Sodomiticâ hac commixtione veram sebolem humanam concepisse & peperisse, oppidò suspectas facientium. 76.

Deducitur id (a) quod communiter fateantur remotis se peperisse arbitris

- arbitris. n. 77.
- (b) *Satana obstetricis munera obeunte.* n. 78. seqq.
- (c) *Partumq; iterum subducente* n. 95.
- (d) *Quodque fateantur, puerperii signa statim disparuisse.* n. 86.
- (e) *Lac in mammis, quo recens natos lactasse credi volunt, subducto à Satana partu statim exaruisse.* n. eod.
- (f) *Seq; à puerperio sine vita periculo omnia domestica commodè obire, ac expedire statim potuisse negotia.* n. 82.
- (g) *Et diu infra ordinarium partus tempus post aliquot aut septimanas aut menses à copula peperisse.* n. 83.
- Diabolus effectus absolute admirandos edere non potest.* n. 27.
- Nec potest ordinem naturæ immutare, sed in activorum, cum passivis applicatione, æque ac ipse homo, natura legibus est adstrictus, de quibus dispensare, easque immutare ad Reservata pertinet divine Majestati.* n. 28. seq.
- Ingenerandò ex semine humano verò homine omnia illa adesse debere requisita, etiam illò casu, quò Diabolus turpissimam cum Lamiis exercet Venerem, quæ ad mysterium conceptionis & generationis pertinent, viro cum femina corpore suum carnali copula miscente, probatur pluribus.* n. 30. sq.
- Corpus, quò mediante Dæmon Lamiis incubat, est vel aërum vel hominis alicujus, violenta morte extincti, vel tandem cadaveris tabescentis.* n. 35.
- Ex neutrius tamen applicatione sperari posse effectum viri hominis nascituri, probatur.* n. 36. seqq.
- Semen, quo abutitur in exercandò illò congressu Diabolus, invenit vel in cadavere, vel excipit etiam nocturnis pollutionibus ejaculatum, aut à virò in se, succubum agentem, effusum.* n. 37.
- Constans Medicorum est assertum, si semen virile vel minimà borà extra testiculos, vel uterum divertatur, illud statim omnem amittere vim genitalem, evanescente è vestigio calore, extinctoque geniali spiritu.* n. 41.
- Probatur hoc assertum alià ampliatione, quam videtis.* n. 42.
- Rationes, quas propter verus sperari homo non potest ex semine corporis humani, violenta morte extincti, & à Diabolo assumpti, traduntur.* n. 43. seqq.
- Semen assumpti cadaveris tabescentis omni geniali vi caret, quia in tali cadavere seminalis substantia penitus est corrupta.* n.
- Subjiciuntur rationes, cur neq; semen nocturnis ejectum pollutionibus, aut quod Diabolus succubus ex faciendo cum viris coitu excipit, ita sit qualificatum, ut verus inde nasci possit partus humanus.* n. 51. sq.
- Incom-

- Incomprehensibilis Dæmonis celeritas in fovendō & transferendō semine, à virō deciso, non adequat temporis previtatem, quō seminis calor genialis evanescit.* n.60. seqq.
- Frigidatis sensus, quam in semine à Diabolo Lamis immisso b̄z sentiunt, argumento est, semen hoc non esse prolificum.* n.62.
- Ad objectionem formatam* n.63.
- Respondetur.* n.64. seqq.
- Exemplum nati veri hominis ex coitu Diabolo à Dn. Pott allatum rejicitur ex rationibus, quas videtis* n.69. seqq.
- Testi de proprio auditu ne quidem creditur in re, solo visu perceptibili.* n.71.
- Sagarum confessionibus cur hic nulla haberi fides possit, demonstratur.* n.72. seq.
- Undenam probabiliter originē trahere videantur istiusmodi Sagarum confessiones, deducitur.* n.87. seqq.
- Adducuntur Auctores pro nostrā sententiā.* n.93.
- Ad rationem contrariæ sententiæ primam respondetur.* n.95. seq.
- Ad Secundam.* n.98. seqq.
- Ad exempla à contrariæ sententiæ Patronis allata.* n.101. seqq.
- Cur ex semine in balneo invento non procedat sæmina conceptio, videtis* n.104. seq.
- Refutatur Historia de Turcicis fæminis, se invicem imprægnantibus ex semine, ex copulâ virili alteri adherente.* n.106. seqq.
- Item sequentes alia* n.15. seqq. allata.
- Refutatur Tertium argumentum inde desumptum, quod ex solâ mulieris imaginatione sine contactu virili concipere possint, per rationes, quas vide* n.100. seqq.
- Reformatam esse à Sorbonna Parisiensis sententiâ Parlamenti Gratianopolitani, & ex quibus rationibus, vide.* n.115. seqq.
- Quid de equabus flante Favonia sine virili semine imprægnatis sentiendum sit, exponitur.* n.117.
- Ad Ultimam rationem adversariorum, à confessionibus Lamiarum desumptam, respondetur.* n.119.
- Usus Disputationis additur.* n.121. sq.
- Et confirmatur subjectō FCtis Juridicæ Rosiochiensis Responsō* n. fin.

C 3

Pro

1. **P** Robatō in Capite præcedaneo, malum Dæmonem corpore extrinsecus assumptō, & ad humanam effigiem ex condensatis aëris vaporibus sibi formatō, illicitā cum Lamiis *verè* congregari venere, virique officio etiam in immisione feminis aliunde excepti, defungi posse; ejus videbatur esse consecrarium; Ex *verò* hoc *coitu* non posse non *verum* nasci *hominem*; At *verò* ab *actu congressionis venerea*, ad *effectum nascituræ inde sobolis humanæ* non semper licere interre, sicuti extra omnem dubietatis aleam positum esse remur, ita, ex *verò Diabolicò hoc cum Lamiis concubitu naturaliter sobolem veram humanam* nasci haud posse, probare allaborabimus, modò in antecessum adversæ sententiæ Patronos adduxerimus, illorum-
 2. querationes, accuratius lustratas, recensuerimus.

4. Inter illos *verò* eminent Jacobus Sprenger. *in malefic. malleo. totâ quest. 3.* Johan. Niederus *De Malefic. Decept. cap. 10.* La Commare del Scipion Mercur. *germanicè edit. à Gottfried, Welich. P. 2, c. 33. Rubro. Obauch/vieler Meynung nach / der böse Feind mit dem Menschen könne Kinder zeugen?* Strozzius Zigogna *De Spirit. & Incant. Lib. 3, c. 3. pr.* Schott, 2. *Sentent. D. 7. q. 1.* Paul. Chirland. *De Sortil. q. 7. n. 12.* Bodin. *De Mag. Damon, L. 2, c. 7.* Martin. Delrio. *Disp. Magic. L. 2, q. 5.* Torrebl. *in Epid. Delict. L. 2, c. 30.* Guaccius. *in compend. Malefic. L. 1, c. 12.* Hucher. *L. 4. De stirit. in fin. & quos allegat Zachias in quest. Medico-legal. S. 3. Tr. q. 8. n. 4.* Elich. *in sua Demanimagiâ. q. 9, pag. 126. & Caranza de Partu. Miscell. c. 20. q. 10, n. 97.*

5. Rationes, quibus sententia Affirmantium, ex *vero Satanae cum Lamiis concubitu verum* nasci posse *partum humanum*, innititur, quantum quidem eas ex variis sollicitè colligere

ligere licuit Scriptoribus, sunt sequentes : Quod (1.) ne- 6,
gari non possit, Satanam, licet ipse femine prolificô destitu-
atur, illud tamen multis invenire modis, inventumq; parti-
bus genitalibus Lamiarum in amplexu fœdissimo venereô
immittere, & ita ex femine humano virili veram prolem hu-
manam generare & suscipere posse. Neque enim quic- 7.
quam impedimento esse, videtur, quô minus impurissi-
mus hic Spiritus (a.) semen nocturnis pollutionibus
in somniis emissum, excipere, exceptumque velocissimô
motu, incubum acturus, in ipso Sodomitico coitu in ute-
rum Lamiarum intromittere, & ita ex alienô generare
spermate possit : Aut si hoc parum arrideat, majori tamen 8,
utique gaudebit probabilitate, (b) malum Dæmonem, in
formâ *succubi* se Veneficis subjicientem, sperma virile ex de-
testandâ hâc commixtione excipere, acceptumque ce-
lerrimô motu locali, se iterum in formam viri transforman-
tem per fabricata ad id corpora & instrumenta transferre,
corporique fœmineo, & locis naturæ congruis applicare
posse, secuturâ inde conceptione, Patreque partus in-
de nascituri, illô futurô, ex cujus femine talis gignatur
homo, Matre verô illâ, quæ semen excepit, positisque po-
nendis, & collatis ex suâ parte, quæ juxta Leges naturæ
ponenda sunt, concepit, gestavit, peperit. Vid. Strozzius Zi-
gogna L. 3. c. 3. d. Tr. ubi docet, quod et si naturaliter per se
*ipsi coire & generare nequeant Dæmones, quippe corpore, ac
proinde etiam femine vasisque spermaticis, & imprimis calore de-
stituti, qua omnia ad generationem sunt necessaria, nibilo-
minus tamen illos, naturalibus mediis usos, primum se in mulie-
brem effigiem transformare, & viro substernere, receptoque ab eo
in corpus assumptum femine, momentô temporis cum fœminis
congregientes, illud in matricem transfundere posse, indeque*
non

non nunquam partum procreari, imprimis, quando semen eadem qualitate & calore naturali conservatum, in convenientem materiam, tempus, ac locum inciderit. Confer. Chriland. de Sortileg. q. 7. n. 12. ibi: Diabolus igitur in coitu ipso generat ex spermate alieno, s. alicujus viri, in somniis polluti, aut etiam vigiliâ, quoties tunc Daemon in formâ succubi se transformat, & habet coitum cum viro, tunc recipit sperma viri, & quanto citius velocissimè accedit ad mulierem in formâ incubi, inque ejus naturam & matricem illud intermittit, & inde sequitur pregnantia mulieris, & infantis generatio, ac si mulier cum naturali viro coivisset: Tamen infans ipse si oriatur, non dicitur esse Filius Dæmonis, sed illius, cujus erat sperma. Et Delriod. l. q. 15. ibi: Potest Diabolus semen aliunde acceptum (e. g. in eâ, que somniant viro contigit, illusionem) deferre, & quâ est agilitate ac naturalium rerum peritiâ, calorem prolificum in semine, quantumvis ille, subtilis & aëreus sit, facileque dissipabilis, conservare & illud denique, quò momentò mulier ad concipiendum optime disposita est, quod ipsum non latet, tunc ita matrici infundere, & naturali vi ad attrahendum exhibere, muliebri semini commiscere, ut inde conceptio subsequatur. Jung. Zachias proximè all. loco n. 10. ibi: Ad id, quod de incubis & succubis subjicitur, patet, quid respondendum: Nam operâ Dæmonis potest eò modò sequi conceptio, quia mirâ celeritate ipse Daemon semen quoquò modo libet, a viro decisum, in mulieris uterum aut equam alterari ullo modò possit, impingit.

9. Aut(c) Dæmonem mortui Cadaveris humani recens denati corpus induere, inque illo semen inventum in congressu cum Lamiis in hastransfundere, indeq; easdem imprægnare cum effectu pariendi sobolem humanam posse. Vid. La Commare des Scipion Mercur, d. l. ibi: So bleibt wohl dabey/ daß ein böser Geist/ die weil er den Wesen nach den

den Engeln gleich ist / nicht aus seiner eigenen Krafft / sondern vermittelst der Menschlichen Natur / zeugen kan / inderhm er sich bald zu einem incubo , bald zu einem succubo zu machen pfleget : Denn wenn der böse Geist dergleichen Actum vornehmen will / so isst von nöthen / daß er zuvor den Körper und die Gestalt einer verstorbenen Frau- en / oder ein ander Gespenst an sich nehme / und bequeme sich nach den willen seines Bepschläffers / nehme den Saamen zu sich / oder sehe sonst / wo er ihn bekomme / und verwahre denselben / welches ihm denn gar leicht ist : So kan er auch den Leib gar leicht bewegen / weiln er ein Geist ist / oder als ein Geißl. Wesen absolut und vollständige Gewalt hatt über das / was Leiblich ist. Wie auch den Gestand von todten Körper mit Geruch und wohlriechenden Sachen leichtlich temperiren : Und wann Er dieses verrichtet / so kan er auch hingegen einen todten Körper eines Mannes / und männliche Gestalt / oder sonst einen Gespenst an sich nehmen / und den Saamen / so er in Gestalt einer Bettel von einem Menschen / den er betrogen / zu sich genommen / einem Weibes - Bilde / die sich von ihm betrogen / und beschlaffen läßt / wieder bey bringen / und also auff diese Weise Kinder zeugen.

Secundum argumentum, quô suam tuentur sententiam, qui huic opinioni patrocinantur, petunt à possibilitate pariendi sobolem humanam ex semine virili non in, sed prope uterum effuso, ad possibilitatem concipiendi & generandi verum hominem ex actualiter immisso semine virili in uterum à Satanâ compressæ Lamix. Ita scilicet concludendo: Ubiunq; Mulier verè concipere & partum humanum parere potest ex semine tantum prope literum ejaculatô, illo etiam casu, quô nil spermatis virilis in veneris palæstram est intromissum

D

tromissum

tromissum, vel *extra congressionis cum viro actum* ex femine Virili, in lecto vel balneô inventô, & â matrice cupidè attractô; sanè facilius concipiet, parietque Lamia ex actuali cum Satanâ coitu, illô casu, quo sperma virile verè in veneris thalamum est effusum.

11. Possè verô scēminam dictâ concipere, ac parere ratione, non duntaxat ex validâ avidaque uteri attractione probare cupiunt, cūm, notante Sachez. *de Matrim. Lib. 7. Diss. 113. n. 2.* & â Zachia. *in quest. Medic. Legal. Consil. 42. n. 4.* allegatis Dbus tantâ uterus attrahendi facultate noscatur esse dotatus, ut simili modô, quô œsophagô ventriculus tanquam manibus utitur ad cibum potumque ingerendum, perque illum cibum, ori admotum, & ad ventriculū nondum transmissum, cupidissime attrahit, etiam effusum propè uterum semen masculineum illicô per collum mirâ ad se uterus trahat aviditate, certissimè inde secuturâ conceptione; Sed variis etiam assertum suum stabilire exemplis saragunt, provocantes ad optimæ fidei, ac probatæ eruditionis Scriptores, & (a) quidem ad Averrhoem, quem magni ingenii ac judicii, magnæque doctrinæ ac eruditionis Virum, Medicinæ ac Philosophiæ peritissimum, appellat Joh. Bapt. de Lamzwerde. *in Histor. natural. molar. uter. c. 21. p. 182.* referentem 2. *Coll. cap. 10.* & suô approbantem calculô, mulierem quandam, in ætatis flore constitutam, concepisse in balneo, ex femine virili, ab impio quodam hominum ibi relicto. Vid. Lamzwerde. *d. l. Zachias, in quest. Med. dic. legal. L. 3. T. 1. q. 8. n. 2.* (b) Ad Amatam Lusitanum, celebrem hujus seculi Scriptorem, (quò eundem elogiô mactat proxime allegatus Lamzwerde, *l. d.*) non duntaxat Averrhoi consentientem, similesque historias *Centur. Curat. 36.* cum Torreblancâ *in Epitom. Delict. c. 30. n. 37.* referentem.

tem, sed aliam, adhuc majori admiratione dignam, huic ad-
 dentem historiam, quam in sceminâ Turcicâ evenisse me-
 morat *Cent. 7. Curat. 18.* his verbis *Mirum, sed verum describo*
casum Thessalonica evenientem, Duae mulieres Turcicae multis coi-
tibus succubis & incubis se contaminabant, polluebantur, quarum
altera vidua erat, altera vero habeat maritum; Ceterum cum
semel vidua ad coitum irritata, alteram conjugatam ad coitum in-
citaret, & forte eâ horâ, à marito discedens, cum quo rem habue-
rat, incuba facta est, quo in amplexu uterus viduae succubæ in-
genti appetentiâ semen virile, non multum antea in utero ejus
relictum, suxit, exque eo se pregnantem factam esse, variis affir-
mavit juramentis: Cui fidem prestare debemus, cum illi minus
ignominiosum erat, fateri, à viro concepisse, quàm se à muliere
eo modo fuisse habitam, Confer. Lamzwerd. & Zachias
d. 4.

(c) Ad Simbaldum *L. 1. c. 14.* qui sibi Romæ ab infi- 15.
 gni ejusdem civitatis obstetrice relatum fuisse, comme-
 morat, conjugem cujusdam Viri à recenti cum ipso copulâ
 surgentem, arctissimoque vinculô sororem Virginem, per-
 dite à se adamatam, amplectentem, hanc imprægnasse, ma-
 trice viraginis semen fratris, incubæ adhærens, avidè at-
 trahentè. Idem d. l. addit: Viduam quandam, se omni post-
 habitô Viri consortiô, ex impiô ejaculatô ab Affine Juvene 16.
 femine ex hâc solô gravidam factam fuisse, quod alvum ex-
 onerandi gratiâ in latrinâ consedisset, effuso dicti juvenis
 spermate pollutâ.

(d) Ad Delrionem, *L. 2. Diss. Magic. q. 15.* ex Thoma de
 puellâ quadam narrantem, hanc cum Patre in eodem ja- 17.
 centem lectô, ex pollutione nocturnâ Patris concepisse
 Vid. Zachias. *d. l. n. 3.*

Addunt dictis *Tertium* argumentû, desumptum à *possibili*-18.

ate concipiendi partum humanum *ex solâ phantasiâ & ecstasica amoris vehementia in absentem maritum*, sine omni actuali cum Viro coitu, ad *possibilitatem* concipiendi & pariendi veram prolem humanam *ex vero Satana cum lamis concubitu*, ita inde inferentes: Ubicunque conceptio fœtus animati, ac sobolis humanæ per solam imaginationem mulieris fieri potest, cessante viri absentis, imò mortui, verò concubitu, sequitur, Lamias facilius ex actuali, eoque verò cum Satana concubitu imprægnari, compressasque veram parere posse sobolem humanam.

- 19 Prius verò firmant notabili sententiâ Anno. 1637. Parlamento Grationapolitani, Fœminæ cujusdam Nobilis *Magdalena Aiguemeriana*, constanter asseverantis, se solâ imaginatione præsentis mariti, *Hier. Augusti de Montleon*, post quadriennem cum Cardinali Valetto in Alsatia absentiam ibidem jam vitâ defuncti, concepisse, ac filium fuisse enixam; Cujus assertionem à veritate non esse alienam, non duntaxat multi Medici, *Montpeffulani* (zu Montpellier in Languedoc) interque illos *Ludov. Sardine*, *Petrus Merude*, *Elenor de Belleval*, & *Jacob Grassis* suis testati sunt iussragiis, sed fœminæ etiam aliæ, in fidem hujus rei adhibitæ, juratò deposuerunt, dictam *Magdalenam Aiguemerianam* omnem rei historiam ipsis statim enarrasse, idemque & sibi olim evenisse, juratæ asseruerunt Obstetrices, *Ludewigin de Airant*, *Perrette Chauffage*, *Maria Laumond*. & *Wilhelm Garnier*, ex solâ imaginatione absque omni Viri consortio gravidis factis, quemadmodum hæc pluribus ordine recensuit Dn. Erasmus Franciss. Tractatu, quem inscripsit. *Lust. Schaubühn. P. 2. S. 6. p. 1213.* his verbis; *Es hat sich zugetragen / daß ein Französischer von Adel / Namens Hieronymus Augustus von Montkon / mit dem Cardinal Valette in*
Ehas

Elfas verreiset und daselbst das Sterbliche verlassen. Ob
 er nun zwar / vier ganzer Jahre / vor seinem Tode / seine
 Frau nicht gesehen : Hat sich diese dennoch / nach Abster-
 ben ihres Ehherren / großes Leibes befunden / und einen
 Sohn zur Welt getragen : Welchem Sie nicht all-in ih-
 res verstorbenen Mannes Stamm-Nahmen / sondern auch
 dessen Adliche Lehen-Güter / zugeeignet. Adrian und
 Carl von Montleon / ihres Mannes . Brüder / wie-
 dersprechen solches / bringen es gerichtlich bey / und in der er-
 sten Gerichts - Stelle so weit / daß dem vermeinten eheli-
 chen Erben / rechter Zusagen / dem augenscheinlichen Ba-
 stard / als einem nebenher erzeugten unehlichem Kinde /
 die erbliche Lehn Folge / samt der ganzen Erbschaft / ab-
 gesprochen wird. Sothanem gerichtlichen Abspruch hat die-
 se Sach-fällige Frau sich äufferst / und mit solchem Muth wie-
 dersetzt / als die ehlichste / reineste / keuscheste und un-
 schuldigste Matron von der Welt / und darwieder appella-
 tionem ans Ober-Gericht zu Grenoble ergriffen / auch da-
 selbst ihre Sache so weit gebracht / daß die erste Sentenz
 des Nieder-Gerichts durchstrichen worden. Sintemahl
 sie / ohne Schen sich vernehmen lassen / ihr seliger Herr
 sey ihr einsmahls früh im Traum / erschienen / und habe
 sich ihr ehlich zu erkennen gegeben. Welches sie nachge-
 hend also bald eylichen Nahmkündig gemachten Zeugen
 erzehlet / und mit höchster Verwunderung hernach verspüh-
 ren müssen / daß ihr Leib würdlich zugenommen / und
 eine wahrhaffte Gebuhrt darauff erfolget : wäre auch in
 ihrem unbefleckten Gewissen / versichert / daß keine ander
 Mannes . Persohn ihrer theilhafftig worden / oder an ihr
 Polster sich unversehens gestossen / (wie mancher Argwöh-
 nischer wohl meinen dörfte) und wolte hierauff leben und
 D 3 sterben

sterben. Das Parlament nimt zstlich die Kühnheit dieser schönen Magdalenen / welche gleichwohl einen solchen Fall / wieder den gemeinen Lauff der Natur / standhaftig bekräftigen / und sich wieder einen richterlichen Ausspruch deßfals so beherzt setzen dürfen / für ein scheinbahres Zeichen ihrer Unschuld auf. Und weil sie sich auff Zeugen beruffen : als sind hierüber gerichtlich verhöret Elisabeth Teilberche / Ludwigin Nacard / Maria von Salles ; welche alle aus einem Munde geredet / die Frau Magdalena hätte zu der Zeit / da sie diese Leibs Befruchtung gemercket / ihnen solches vertraut / versicherend / daß sie mit keinem Manne die geringste Gemeltschaft habe : und nichts desto weniger / in ihrem Leibe / alle Anzeigungen einer Fräulichen Bürde empfunde / weswegen sie nicht anders gedencken / noch schließen könne / denn es sey / aus der starken Traum - Bildung / erwachsen. Weiter sind hierüber vernommen worden die Heb - Ammen / Wilhelmina Garnier / Ludwigin von Airant , Perrette Chauflarge , Maria Laumond , Welche außgesagt : Solches wäre nicht unmöglich / auch ihnen selbst begegnet : Als die gleichfals / in Absent ihrer Männer / in dem Schlaffe / durch eine starke Einbildung befruchtet worden / und darauß gebohren / deren etliche noch am Leben wären. Über das hat man etliche fürnehme Arzeneh - Lehrer zu Montpellier , Nahmens Ludwig Sardine / Meraude , Jacob Grassis und Elenor den Balleval darüber zurath gestellt / von ihnen die einhällige Belehrung eingezogen / daß solche Begebenheit natürlicher Weise wohl geschehen könne solches auch bey den Türckinnen / so in dem Ottomanischen Frauen - Zimmer versperret sind / nichts seltsames sey. Diesem nach ist von besagten Parlament / voriges Urtheil gere

gereformirt / die Mutter für eine ehrliche Frau / der Sohn für ein Stamm-Nahmens-Erb- und Lehn-fähig erkläret und solche Urtheil im Jahr 1637. eröffnet worden. Vid. Petr. Mollerus *De Jur. Pragm. c. 7. tb. 10.* Joh. Christ. Becman. *Lin. Morales. Cap. 2. §. 6.* Joh. Bapt. Lamzweerde. *d. Tr. cap. 20.* Paul. Ammam. *in suo Irenico. pag. 88.* & Georg. Philip. Harsdorffer / in dem Schaupley der Lust und Ehrreichen Geschichte. *Hist. 152.* Subjungunt hisce (d) *authoritatem Avicennae, ineptiae illos multo strepitu arguentis, qui dictis assensum dare suum dubitaverint: Foeminas verò tales aurâ excellentiori, puriori & â materiae foecibus magis abstractâ dotatas esse, afferentis, imò sub felicissimò sydere & Jovis Imperiò conceptas, quæ sine ullò maris contactu, solâ imaginationis vi, circa foetum planè admiranda præstare valentis, humanum partum concepere, equabus in Lusitania circa Olysioponem urbem & Tagum amnem ferè similes, quas flante Favoniò sine virtutis masculæ subsidiò imprægnari, vetus est traditio. Vid. Virgil. Libr. 3. Georg. Plinius L. 8. c. 42. Solin. c. 26. Columella. De Re Rustic. L. 6. C. 28. Ludovic. Cario. Lib. 2. Emendat. C. 4. Caranza. De Partu. C. 20. Miscellan. qv. 7. n. 83.*

Ultimum sententiæ tandem præsidium quærunt in judicialibus Lamiarum circumstantialiter factis confessionibus, se vivum verumque partum humanum ex turpissimo istiusmodi amplexu fuisse enixas; de quibus fusius actum est in Præfamine hujus Dissertationis; Ex quibus sequens pro hac, & contra nostrâ sententiâ formari possit conclusio: Ubi cunq; veritas concubitus Satani cum suis mancipiis non invalidò probatur argumentò, de sumptò à Lamiarû circumstantialiter factâ Judici narratione, temporis, loci, actû, & qualitatis foedissima hujus commixtionis, ibi æque valide licebit
con-

concludere à circumstantialiter factâ Lamiarū Judici confessione, temporis, loci & modi pariendi sobolem humanam, ad veritatem concepti & procreati parius huma ex concubitu Dæmoniaci. Atqui priori philosophandi ratione ipsi usi sumus supra in Cap. I. contra illos, qui Satanam verè cum Lamiis concumbere posse, negant; ergo eandem etiam jam contra nos, negantes, ex vero hōc cum Satanâ coitu, verum nasci hominem posse, ad mittere tenebimur.

22 Recensitis ita argumentis pro affirmatiua sententiâ facientibus, antequam ad illorum confutationem pedem promoveamus, nulli jam pigrebimur illas subjicere rationes,

23 quibus moti, statuimus, ex concubitu Lamie cum Incubo veram haud posse nasci prolem humanam, semen licet humanum ac virile verè in uterum Lamiarum sit effusum.

24 Ultima hæc ideò adjecimus verba, quò illorum occurrere nemus dubio, qui, quæstionis hujus decisionem nullâ fortè laborare crediderint difficultate, eò, quod apud plerosque vid. Piætorius in Libell. de Sublimar. Dæmon. & Wier. L. 6. c. 13. expeditum sit, Diabolum, ceu Spiritum corpore & semine

25 virili (quò sine nulla procedit hominis conceptio, aut generatio) omni principiò formationis à spermate viri procedente, Galen. 14. De Us. Part. c. 1. & Zachias in Consil. 39. n.

266. Medic. legat.) plane destitutum sine illò ceu substantiæ corporeæ viventis parte, cibique optimè concocti residuò, Caranza. de partu. c. 10. Misul. v. 95. ibique allegati. verum humanum partum producere non valere. Cùm, hōc licet lubentissime datò, Dæmonem vi suâ, & ex propriâ substantiâ more animantium generare haud posse, nondum tamen evictum sit, eundem etiam prolem producere humanam non valere, vero semine humano virili, aliis furtim surreptò, vel in mortuò cadavere humano, alibique indentò, in turpissimo cum Lamiis complexu in illarum uterum verè emisso;

At

At verò, ne hoc quidem modò *verum* ex nefando Satanæ cum Lamiis coitu nasci posse *hominem*, probare annite-²⁷ mur, (L.) ex consideratione *qualitatis ipsius Satana*: De quò, sicuti certum est, eundem effectus *absolutè* admirandos edere non posse, juxta illud Prophetæ: *Benedictus Dominus Israel, qui facit mirabilia solus*: Ita non minus est expeditum, Dæmonem Ordinem naturæ immutare haud posse, & consequenter in activorum cum passivis applicatione æque naturæ esse adstrictum Legibus, ac ipsum²⁸ hominem, inque illis nullam à Diabolo vel homine dari dispensationem, multo minus immutationem, soli DEO relictam: Quò posito fundamento, facilè suâ radiat luce, in generando ex semine humano *vero* homine, omnia illa adesse debere requisita, etiam illo casu, quò Diabolus turpissimam cum lamiis exercet venerem, quæ ad mysterium conceptionis & generationis desiderantur, viro cum²⁹ fœminâ corpus suum carnali copulâ miscente. Cum igitur, docente Dn. Joh. Bapt. de Lamzwerde *d. Tr. c. 22. p. mibi 200*, in amoris palæstra, DEUS subjecerit imperio voluntatis certantium tales spirituum & sanguinis motus, quales in organis generationis adesse voluit, ut non tantum semen è testibus in uterum ejacularetur, sed, ut etiã in amplexu determinatione amantiũ in semina spiritũ effusio fieret, qui minimis feminum particulis talem imprimunt motum, qui sufficit, ut semen jam imprægnatum, & ab utroque corpore separatum, motum in culpâ impressum, seorsim in matrice conveniente continuare possit, in ordine ad novam prolem producendam; (Antequam enim mas complectatur fœminam, non solùm, teste Dn. Lamtzwerto, se ipsum libidinis movet cogitatione, sed & uxorem contactu, suæque voluntatis imperiò

E

sanguinem

sanguinem & spiritus determinatos adversus generationis organa, hisque debite repletis & extensis, magnâ animi corporisque agitatione semen è testiculis & vesiculis exprimit, spumofamque substantiam per poros uretræ fortiori impetu confertim in uteri transfundit thalamum) has verò naturæ leges, & ordinem, in actu generationis requisitum, Diabolus in assumpto corpore quocunque æmulari non possit, secundò inde facile fluit amne, ex qualiscunque etiam feminis eflusione in uterum Lamiarum ab incubis factâ, nullam sequi posse veræ prolis humanæ conceptionem aut generationem.

Dictorum verò veritas clariùs adhuc applicabitur, si ipsam corporis, à Diabolo ad perficiendum foedissimæ cum Lamis commixtionis actum assumpti, ipsiusque seminis, in uterum earum effusi, qualitatem (2.) curatius contemplati fuerimus. Sicuti autem assumptum corpus, quò mediante Dæmon Lamis incubat, vel est *aereum*, vel *hominis alicujus violentâ morte extincti*, vel tandem *cadaveris tabescentis*, ita semen, quò abutitur in execrando illo congressu, vel invenit in ipso *cadavere*, vel *pollitionibus nocturnis ejaculatum*, aut sub specie foeminæ se Venefico susternens *inde exceptum* applicat; Ita omnium horum qualitas non permittit, ut verus inde nasci homo possit; Quemadmodum enim *corpus ex aere aliisque vaporibus condensatum*, per se semen prolificum generare, ac producere nequit, insuperque horum requisitorum, quæ ad mysterium generationis ab appetitu sensitivo procedentis, semini que vim plasticam tribuentis, juxta rectum naturæ ordinem desiderari, proximè diximus, non est capax, ita aeris vel minima interveniens particula omnem semini adimit efficaciam & virtutem prolificam; Cùm constans Medicorum sit assertum, semen virile

virile, materiâ sanguineâ, & multô spiritu constans, vel mi-⁴¹
nimâ morâ extratesticulos & uterum divertens, statim a-
mittere vim genitalem, evanescente è vestigio calore, extin-
cto que spiritu. Vid. Lamtzwæerde *d.l.p. 149, ibi: Recepta est*
*Medicorum & Philosophorum Sententia, quod vis seminis mascu-*⁴²
lini plastica in ipso aeris externi contactu effata fiat. Usq; adeo,
ut, si vir post effusum in uterum mulieris semen, statim à
complexu se revellat, sint, qui ob subeuntem inhiantem,
adhuc uterum aërem, fœminam gignere haud posse, susti-
nent, aere hoc casu semen corrumpente. Vid, omnino Ca-
ranza *De Part. c. 20. Miscell. n. 98. ibique allegat.* jung. Zachias *L.*
7. q. 7. d. Tr. n. 7. seq.

Neq; majorem licet sperare effectum ex *assumpto cor-*⁴⁴
pore hominis, violentâ morte extincti: Ut ut enim in illô for-⁴⁵
sân Diabolus sufficientem invenire possit seminis humani
copiam, non tamen illud ita qualificatum est, ut proli hu-
manæ generandæ suffecturum sit. Nam, præter-
quam, quod hîc desint spiritus animales, sine quibus Dœ-
mon ex illo cadavere non potest semen ejaculari, sperma-
tis ejaculatione præviâ sanguinis & spirituum agitatio-
nem à libidine excitatam requirente, qui imperio mentis de-⁴⁶
terminatur ad organa generationis, ut apta evadant ad se-
minis expressionem; sanè negari non potest, vitali calore⁴⁷
in cadavere per mortem sublatô, mox incrassari semen, &
angustari poros, quò minus semini, testibus, vesiculisque
incluso, detur transitus: Accedit, semen hoc, vitali spiritu
destitutum, efficax haud esse, ut inde verus nasci homo
possit.

Minus verò dubii alit illorum sententia, qui negant⁴⁸
Diabolum in *assumpto cadavere jam tabescente cum effectu*
generandæ

49 generandæ prolis humanæ cum Lamiâ viri officio defun-
gi posse, quia in illo jam seminalis substantia penitus cor-
rupta, omni utique genitali vi caret, quam Diabolus eidem
affundere non potest.

50 Restat, ut ex ipsa *feminis* qualitate impossibilitatem
inde verum hominem procreandi demonstremus;

51 Et quidem, quod *qualitatem feminis*, à Satanâ in *nocturnis*
pollutionibus alicui surrepti, atinet, illud æquè, ac quod malus
Dæmon *in succubi formâ cum suo mancipiò detestandam vene-*
rem exercens, excepit, non esse ita qualificatum, ut utero li-

52 cet Lamiarum immissum, verum formare in illo hominem
possit, non duntaxat inde liquefcit, quod juxta unanimem
Medicorum pariter ac Philosophorum sententiam, *geniales*
in semine virili spiritus, ac *vitalis coloris motus*, qui in conjun-
ctione maris & fœminæ effluunt, præcipuam essentia-
tialem fœcundi feminis partem constituent, *Vid. omnino*

53 Dn. Lamtzwerde, *d. Tr. p. 247. cap. 22.* sed &, quod semi-
nalis corporis humani substantia, igne amoris fusa, mox
in aère externo inepta reddatur, quò minus artificiosissi-

54 ma humani corporis fabrica inde oriatur: Quod, cum ita
omnino sit, facile constabit, quid sperandum sit de semine
aliunde per Diabolum petitò: Nam ille Vir, cujus exituri-

55 ens surripit Dæmon semen, si non in diversis ædibus, sal-
tem erit in distinctis cubiculis, ac illa Saga, quam compri-

56 mere intendit Diabolus: Qua propter, procul dubio fœ-
cunda istiusmodi feminis vis prorsus extincta erit, quod

tantam aeris sphæram transire debet, antequam in uteri-

57 nos Sagarum pellatur recessus: Seminis enim naturam non
esse compatibilem sine virium jacturâ cum aere, imprimis

58 quoad primam actionis suæ exordia, cum communi Mi-
dicorum schola recte docet sæpius allegatus Lamtzwerde

d. Tr.

d. Tr. p. 249. cap. 22. cum semen extra Vas statim desinat esse
 activum; Becman. in *Lin. Moral. c. 11. §. 1.* Et quan-
 quam Dæmoni incomprehensibilis celeritas, ac summa, 59
 tribuatur cautela in semine à viro decisò, fovendò, & in
 actum producendò, nunquam tamen illa adæquabit tem- 60
 poris brevitatem, quò seminis calor evanescit; Neque enim
 in hoc exuperare Dæmonis potentiam, potentiam naturæ, 61
 non permittentis, seminis spiritus, ob innarrabilem sui te-
 nuitatem, extra conveniens receptaculum, vel per mo-
 mentum temporis contineri citra exhalationem & diffi-
 pationem posse, Medicorum Princeps, quem *Omniscium*
 dicerere alii non erubuerunt, Zachias, in *quæst. Medic. Legal.*
L. 7. T. 1. q. 7. n. 7. docet. Cujus veritatem demonstrat *frigidi-* 62
tatis sensus, quam in congressu cum Diabolo Sagæ percipe-
 re fatentur. Quibus obstat minimè, quod dictis reponunt
 cum Sprengero in *mall. malefic. d. 9. i. v. 4.* Alii: *frigidò sci-* 63
licet Diabolum *semine* non aliter uti, quàm si interro-
 ganti: *Utrum impragnari velint?* Succubæ contradicant,
 hisce verò adficientibus malum Dæmonem prolificum
 & aptum, aliunde actu carnali decisum, adhibere. Nam 64
 sicuti ejus falsitatem probat confessio Lamix, sæpius alle-
 gata, quæ, etsi multoties prætenderat, se ex obscenâ
 & tremendâ cum Satanâ commixtione verè concepisse, ac
 verum peperisse hominem, simul tamen ingenuè falsa est,
 ipsum *Diabolum*, ejusque *semen* NB. *semper* in copulâ fu-
 isse *frigidum*; Ita seminis humani, aliunde petiti, obsta- 65
 ire qualitatem, quò minus verus inde nascatur homo, jam ad
 nauseam usque demonstratum ivimus. Explosa enim
 jam dum est Torreblancæ *all. Tr. c. 30. n. 30* sententia, existi-
 mantis, spiritum genitalem ipsi semini humano esse im-
 plantatum, in ipsâ seminis ab humano corpore decisione,

nullò factò discrimine, an ab *ipso homine*, an verò *Demonis ministerio* infundatur, ex verò *viri & Mulieris* lemne, verò homine semper nasciturò. Vid. Caranza. *li. Pr. t. 20. Miscel. lan. §. 67.*

- 67 Sed & nostram firmat (3.) insigniter sententiam, quod nullus produci partus humanus in hunc usque poterit diem, quem ex detestando Satanæ cum Lamiis coitu,
- 68 ex uterò illarum *verè* prodiisse, testimoniò personarum fide dignarum probari posset: Quod enim Dominus Pott. *in supra. all. Diss. c. 4. §. 12.* ex Anonymò refert de confessione alicujus Sagæ, in nobiliquadam Brabandiæ civitate, se magnò cum oblectamento ex coitu Diabolico *filium esse*, enixam *completo vigesimo sexto etatis anno castra secutum*, id parum fidei videtur mereri, nedum probare, quod probare debebat. Præterquam enim, quod Referens sit Anonymus, sicque incertum, *cujus* Scriptor sit *fidei*, insuperque
- 69 non *ocularis*, sed *auritus* tantum testis, cui jura nequidem de
- 70 proprio, multo minus de *alieno auditu* deponenti, fidem ullam
- 71 tribuant in *re solo visu* perceptibili, Vid. Dn. Stryk. *in Tr. De Jur. Sens. Diss. 3. n. 26. Conf. L. Testium 18. L. Solam. 4. C. De Testib. L. 2. ff. idem Labeo 8. ff. de Aquaplur. arcend. Innocent. in c. Præterea & c. Causam qua de Test. Joseph. Lud. Decis. Perus. 106. n. 19. Matth. De Afflict. Decis. Neapol. 248. n. 5. Zaf. Conf. 4. n. 16. vol. 2. Vult. 1. Conf. Marp. 15. n. 314. Mynsinus 6. Obs. 38. Besold. Conf. 46. n. 70. Saga, ceu impossibilia deponens, eò minori fide digna censebitur, quò minori certitudine, siquidè in matrimonio vixerit, asserere potuit, hunc partū se non potius ex amplexu *maritali*, quàm *Demoniaco* suscepisse, aut si *cælebs* adhuc fuerit, vere ex uterò suo hunc filium prodiisse, & a non potius Diabolus aliis surreptum, huic mancipio suo, quasi*
- ex

ex ipsa parturiente natum, supposuerit, præsertim cum ex relatione non constet, honestas alias Matronas puerperio fuisse adhibitæ.

Adversam enim (4) Opinionem potissimum dubiam⁷⁶ facit quoque *circumstantiarum* consideratio, quas generationi prolis humanæ, ex illicito Lamiarum cum Satanâ congressu susceptæ, ad fuisse referunt Sagæ, & omnẽ illarũ Judicialibus confessionibus plane fidem adimit, illasq; admodũ suspectas facit. *Primò* enim ex nullâ Lamiarum confessione⁷⁷ discere licebit, istiusmodi puerperio Obstetrices, aut alias honestas adhibitæ fuisse personas, quibus præsentibus, aut adminiculantibus, illæ peperissent; sed *Secundo* ipsum Diabolum Ostetricis subisse munia: Ne scilicet fraus huius Veteratoris, aliis adhibitæ arbitris, detegeretur, sed ut credulæ eò facilius mulierculæ deciperentur, illisque vel per alieni partus suppositionem, vel corporis alius a Diabolo⁷⁸ fabricati subjectionem comodiùs imponeretur. Sic in supra allegatis Actis Inquisitionalibus facta est Venefica: Ihr Geist Hans und David wären in der Gebuhr bey sie gewesen/ und Ihr geholffen/ der Hans hätte die Frucht auffgefangen/ und zu Ihr gesaget/ der Kopff und Hände kehme zu erst/ und ihr die auff gefangene Frucht gegeben. Præterea *Tertio* notam meretur, plerumque fateri Sagas, le nocte,⁸⁰ ceu tempore ad fallendum & decipiendum Principi rebrarum aptissimò, peperisse, partu natò *admodum frigidò* existente; Qualis etiam præfatæ Lamia fuit confessio: Sie⁸¹ hätte in der Schummerung umb Abendszeit diese Frucht bekommen/ und wäre sehr kalt gewesen/ wie der Teuffel das auff gefangene Mägdgen Ihr in die Hände gegeben. *Accedit quarto*, Lamias post puerperii labores statim surge-⁸² re, edere, bibere, acquævis munia domestica obire posse, reliquis

- reliquis puerperis per plures septimanas vix amissas in partu vires in lecto & sub multâ administrantium curâ recolligere valentibus. Ut raceam *quinto*, uterum Lamias nunquam ex Diabolicô hoc coitu ad *ordinarium partus tempus gerere*, sed paucis à coitu mensibus, sæpe etiam tribus aut quatuor vix septimanis præterlapsis, pare-
- 83 re. Sic ex confessione sæpius allegatæ Lamix observavimus, eandem in ipsô carcere quartâ & ultimâ vice ab Amasiis suis fuisse compressam, exque hâc commixtione ita statim intumuisse uterum, ut non duntaxat graviditatem Examinatores intelligibiliter advertere potuerint, sed ipsa etiâ inquisita in ipso adhuc carere, in quô tamen per paucas tantum septimanas fuit detenta, partum, obstetricante Diabolô
- 85 enixa fuerit. Omnium verò maximè suspectam facit veræ ex coitu Diabolico susceptæ prolis nativitatem, quod Diabolus partum semper iterum Lamiis subducatur, quodq; eò subducto, lac in mammis citò exarescat, & reliqua quoque omnia puerperii signa simul evanescant. Sic facta est proxime memorata Lamia, Es habe ihr Haus und David die Frucht nimmer lassen wollen / sondern ihr weggenommen / und sich damit weg gemacht. Item : das letzte mahl im Gefängniß / wie ihr Geist Hans das in un-
- 86 menschlicher Unzucht mit ihm in carcere gezeugte Kind ihr durch den Geist David zum seugen verstattet / hätte sie gefühlet / wie das Mädgen die Milch bekommen / nachhin aber hätte sie keine Milch mehr / und wäre anbey wahr / daß der Geist David / wie die Leute sie zu bewachen angekommen / das Mädgen weggenommen / und ob sie ihn gleich / da das Kind im wegnehmen geweinet / befraget / wo er damit hin wolte / hätte Er ihr doch anders nicht geantwortet / als daß Er damit weit weg wolte

wolte: His addit: Sie hätte bey Abgehung der Frucht vieles Weh in ihrem Leibe gehabt / und wäre ihr auch viel Bluth mit abgegangen / welches Sie selbst auff der Stelle / da Sie im Gefängniß gefessen / gesehen / aber von solcher Stelle wehre das Bluth schon weg / weiln das Bluth gleich verschwunden / wie der Geist David das Mägdgen ihr weg genommen. Quibus omnibus, singulisque curatius per-^{87.}
 pensis, magis magisque confirmamur in nostrâ sententia, scilicet, ex qualicunque semine, à Diabolò aliunde petirò, etiam humanò, inque horrendâ cum Lamis copulâ, harum utero immisrò, verum hominem nasci posse minimè, sed^{88.}
 vel imponere Lamias aliis, historiam natæ sibi ex detestandâ^{89.}
 cum Dæmone culpâ prolis humanæ referentes, vel eas ipsas etiam à mille fraudum Artifice illudi, uterò à Dæmone tumo-
 ribus impleto, verè credentes, se ab Incubò esse impræ-
 gnatas, appropinquante partus edendi tempore optimè e-^{90.}
 doctò, obstetricis tubire munus, alienosq; fœtus, undecun-^{91.}
 que surreptos, illis supponere, vel ex propriis sæpè maritis præ-
 gnantibus persuadere, ipsas ex se uterum gerere, & pa-
 rere, vel tandem assumtò ad tempus corpore artificiosè in^{92.}
 hunc finem à se effabricatò, & infantis speciem præ se fe-
 rente, parturientibus se ipsum subicere, non rarò vagitum
 recens natorum æmulantem. Cui, ceu veriori sententiæ
 mecum subscribunt Zachias d. Tr. L. 7. Tit. 1. q. 7. n. 8. sibi^{93.}
 contrarius Lib. 3. q. 8. Tit. 1. n. 5. & 19. Carpzov. C. 1. q. 46. n. 35. ibi-
 que all. Ddres, quibus jungi possunt Caranza. d. Tr. c. 20. n. 98.
 Ambros. Paræus L. 24. c. 16. Molitor. De Lamis. c. 10. p. 86. Schro-
 ter. supr. all. Dissert. q. 6. §. 5. p. 83. ibique plenâ manu all. Jcti Theo-
 logi, æque ac Medic. Pott. in supr. all. Diss. c. 4. §. 5. Lamzwerde.
 sæpius cit. Tr. quest. 22. per tot. Merebizijs in Diss. De Infant. Ex-
 posit. §. 9. 2. & Dn. Becman, in Lineâ, Morah. c. 11. §. 1. aliique
 complures.

- Supereſt, ut antequam huic Meditationi ultimam
 94 adjiciamus lineam, paucis adhuc, quid ad Adverſario-
 rum reponi poſſit rationes, *numero 6. ſeqq.* allatas, diſpi-
 ciamus: Et, cum *Prime* ex fuſius *n. 14. ſeq.* Cap. expoſitis ſatis
 95 factum eſſe arbitremur, ceu ex quibus clarebit, quantam-
 cunq; etiam Satanæ tribuamus celeritatem in perferendo
 ſemine humano, aliunde acceptò, eòque in uterum La-
 miarum quantocius tranſfundendò, illam omnem tam-
 en efficere haud poſſe, ne ſeminis, à virò exiturientis
 viſ plastica, ac ſubtiliſſimi geniales ſpiritus, per minimam
 etiam intervenientis aëris particulam diſſipentur, ſed
 vim ſuam activam contra naturæ ordinem extra aptum
 receptaculum integram conſervent. Becman. Lamzwer-
 de, Carpzov. & Caranza d. II. Spirituoſa enim ſeminis ſub-
 ſtantia, eò momentò, quò à ſuò decidens principio, non il-
 96 licò in conveniens vas recipitur, omninò evaneſcit, in-
 97 ſœcundò exſtiturò, quicquid ex ſemine eſt reliquum. Za-
 chias in *quaſt. Med. leg. 7. T. 1. q. 7. n. 7.* Quod verò de *vi ſemi-
 nis* inventi in *cadavere, vel violencò, vel naturali fatò extincti*
 hominis, *n. 9. b. Cap.* pro contrariâ allatum eſt ſententiâ, ad
 illud nil reponimus aliud, quàm quod prolixiori ſtylo ex-
 poſuimus, *n. ejusd. Capit.* quò nos brevitatſ ſtudiò refe-
 rimus.

Ad Secundam Rationem, *n. 10. bujus C.* allatam, reſponde-
 98 mus negando, Mulierẽ ex ſemine in uterũ non ejecto con-
 cipere, aut parere poſſe. Rationẽ negationis hanc tubnecti-
 mus quod non duntaxat, *per ſapienter nota*, iſtius modi ſemen
 ob aëris interventũ ſtatim deſinat eſſe activũ, & ſœcundum,
 ſpiritibus verò ſeminis extra uterũ emiſſi tenuiſſimis eva-
 naſcen-

nescientibus, quæ remanet crassior ejus materia, ad conceptionem tam inepta existat, quam si merus humor pituitosus in uterum reciperetur; Sed non magis possibile sit quamcunque etiam vim magneticam matrici tribuant alii, uterum per collum semen masculineum, externo suo ori oblatum, attrahere, ac ventriculum per œsophagum cibos, externo tantum ori admotos, deglutire. Unde rectè con-¹⁰¹cludit Zachias in *quæst. Med. Leg. Consil. 42. n. fin.* Sicuti ridiculum esset, si quis externo ori tantum cibos offerret, expectans, ut ventriculus per œsophogum illos attraheret, ita multo magis ridiculum esse, persuadere sibi, uterum per collum semen virile, externo suo ori oblatum, attrahere posse, nisi convenienti modo immittatur & approximetur. Alias ut jam taceam rationes, quas exhibet Idem Zachias *d. Conf. 42.*

Ad *Averrhois & Amati Lusitani* quod attinet authori-¹⁰²tatem, non quidem cum Zachia *d. l. eosdem suspecta fidei & conclamata mendicitatis* appellabimus Viros, id tamen facilius largiemur, utrumq; optimæ suæ existimationi multū detraxisse, assensum suum non duntaxat ad velandam libidinē ac probrum sed ū fictis istiusmodi fabulis à libidinosis mulierculis temerè impertiendo, verum & ineptā hanc, ac na-¹⁰³turæ ordini in generatione hominis oppidò adversā tuendo sententiam. Sanè risum meretur, quod de muliere ex semine virili in balneô invento, gravidâ factâ uterque refert. Præterquam enim, quod *fecundum semen* fundum petere,¹⁰⁴ *sterile* vero in medio fluitare, communis sit opinio, teste Lamtzwerte *d. Tr. c. 14. p. 182.* Caranzâ *De Part. Miscell. c. 20. n. 99.* Andr. Laurentio *Libr. 8. Hist. Anatom. q. 11.* certè con-¹⁰⁵tra omnem sobriè philosophandi rationem est, statuere, ma-

tricem se extra corpus extendere, & refrigeratum sperma virile vel in aquis natans, vel aliàs extravasatum attrahere & illud aquis submersum, contra gravitatis legem sursum in uterum non advertentis mulieris ascendere posse. Addo: Mulierem illam vel agnovisse semen illud in balneo inventum, vel non. Si hoc; quâ fide asseverare potuit, se ex illo concepisse? Si verò illud; certè infamiæ & impudicitiae notam non evitabit, quæ expectavit semen illud spurcum suum ingredi uterum in balneo, in quod sordium corporis abluendarum causâ descenderat, ut prudenter cum Joh. Bapti Sylvaticô in *Libr. controvers.* 79. concludit Caranza d.l.

206 Non majori fide dignam esse fabulam de Turcicis duabus fœminis, quarum altera alteram imprægnasse ex adhærente adhuc sibi ex recenti mariti copula semine virili, legitur apud eandem *Amatum Lusitanum*, in dubium non duntaxat ex hæcenus dictis, sed & inde potissimum erit, quod ceteroquin sine omni ratione Medici viderentur statuere, ob nimiam virgæ brevitatem, viros posse esse steriles, quam tamen communem esse illorum sententiam, testatur præter Zachiam & Caranzam d.l. Lamzwerde d. *Tr. c. 21. p. 185.*

108 Ejusdem farinae sunt præterea reliquæ, quæ pro firmandâ adversariorum ratione n. 15, & 16. à Simaldo & Delrione, enarratæ sunt fabulæ; De quibus appositè cum ipso Simaldo exclamat Lamzwerde d.l. O commentum futile! O veram Annicularum fabellam! Adeò audaces & asturæ in veniuntur fœminæ, nugacissimos excogitantes prætextus, quibus illicitam celent velentve libidinem; Quæ si maritos aut viros fungos inveniant, quibus tali imponere modo

modò possunt, maximoperè gloriantur, quod sibi liberam ad furtivos amores viam straverint.

In ultimo exemplò n. 17. relatò, verum statuo adfuisse 109 Patris cum filiâ incestum.

Ad *Tertiam*, quam numerus 18. exhibet, respon- 110 demus rationem, negando, ex merâ imaginatione, sine contactu virili, ac seminis masculi immixtione prolem humanam nasci posse: Sicuti enim hâc admixtâ sententiâ, 111 vagis libidinibus, strupris, adulteriis ac incestuosis complexibus fenestæ ac fores ubique aperirentur, ipseque Sapiientissimus Creator, ob duplicem multiplicandi generis humani causâ creatum sexum, argueretur operæ supervacaneæ, ita magnum illud miraculosæ nativitat- 112 is Christi in dubium ab infidelibus facillè vocaretur mysterium, non defuturâ illud negantibus calumniandi occasione, Servatorem scilicet nostrum ex admiranda imaginationis vi, sine inumbratione Spiritus sancti, à Deiparâ esse conceptum. Cum igitur impossibile sit, me- 114 ram imaginationem viri defectum in generationis mysterio supplere posse, vi feminali fecundâ in ordine ad primæ fœtus rudimenta concipienda in fœmineo semine neutiquam delitescente, rectè sententiam supra memoratam, à Parlamento Gratianopolitano, sine dubio in honorem & favorem Nobilissimæ Familiæ Aiguerianæ latam, Sorbon- 116 na Pariensis cancellavit, ac reformavit, causata, eandem non tantum palliandis quibusvis impuris amplexibus obtentui fore, sed & in ignominiam sanctissimæ conceptionis Christi cessuram, Magdalenâ Aiguerrianâ procul dubio ab absentis mariti Vicario se imprægnari passâ. Vid. Amman. in suo *Irenico* p. 88. Erasmi Francisci & Harsdörffer *Cit. supr.*, loc. *jung.* Becman. in *Lix Moral.* c. 2, tb. 6. Petr. Muller

- ler. *Diss. de Jure Prægn. c. 7. th. & Lamzwerde d. l. c. 20.* Ubi simul
 117 addit: Fabulis meritò adscribendum esse, circa annem Tagum equas solò ventò imprægnari, credulis que fortè equarum fœcunditatem occasionem dedisse hæc talia figendi; Cui & nos cum Caranza *c. 20. Miscell. d. Partu. q. 7.* subscribimus, cum hæc ætate, jam ob artis nauticæ peritiam magnū ubiq; sit comērcium, nullæ verò istiusmodi observationes amplius audiantur aut referantur.
- 118 Ad ultimū *n. 21. b. Cap.* formatum argumentū, respondem⁹
 119 negando consequentiam; Addentes: Circumstantialiter factis Sagarum Judicialibus Confessionibus non aliter fidem habendam esse, quàm quando Lamix *possibilia* deponunt, additæque circumstantiæ *rei veritati congruunt & natura*
- 120 *Ordini.* Quem si, aut vires etiam naturæ supergressæ videntur Sagarum Confessiones, redolent Patris mendaciorum doctrinam & artes, à quibus prudens iudex sibi omni cavebit conanime, Vid. omninò sæpius laudatus Lamzwerde *c. 22. p. 23.* jungantur quæ fusiùs profecuti sumus *n. 3. b. cap.*
- 121 Quanquam igitur ex hætenus copiosius deductis in aprico esse, nobis persvadeamus, malum Dæmonem illicitâ ac detestandâ cum mancipiis suis venire *recevoir* quidem, minimè verò ex scœdissimâ illâ commixtione *verum* nasci *hominem* posse, illa tamen eò neutiquam collineare volumus, ut denegatâ licet Lamiarum judicialibus confessionibus, de natâ sibi ex turpissimâ hæc cum Cæcodæmone copulâ *verâ prole humanâ*, omniretâ à *Judice* fide, hic ideò ad *extraordinariam* devenire *pœnam* possit,
- 123 illò casu, quò de corpore delicti, & scœdo complexu ex sufficientibus liquet indiciis, sub futili illo prætexu, quod Sa-
ga

gá ex turpi illâ cum Satanâ consuetudine, prolem tamen non susceperit humanam. Sicuti enim *Sodomita* ordinariam Sodomix pœnam, aut *Adulter*, vel *violentus* etiam *Stuprator* propterea nequaquam evitabit, quod ex omni illo Legibus damnâdo coitu *fœtus conceptio*, aut *generatio* non sit secuta, modò aliàs de *corpore delicti*, i. e. consummato Sodomitico, Adulterino &c. complexu ritè & juxta horum delictorum *facti transeuntis* qualitatem & indolem constituterit; Ita utique & ad ordinariam *ignis* rectè *judex* devenire pœnam potest, si de *Magiâ* debirò modò, deque *commixtione illâ Diabolicâ* ex Lamiarum constanter factis confessionibus confiterit, licet confessionibus earundem de suscepto ex detestandâ hac venere partu humano, fidem dare nullam possit. Vid. Dn. Stryk & Hopp. ad §. 3. J. de Publ. jud. Clafen. & *Dares communiter ad 109. CCC.* Hinc rectè omnino in istius modi sententiis *judex* quidem *detestanda* *bujus cum Satanâ commixtionis*, imprudenter autem *secuti inde partus humani*, facit mentionem, v. gr. Da nun die Gefangene auff ihren gethanen Bekântniß für Gericht freywillig verharren/oder des sonsten/ wie recht/ überwießen würde/ so möchte sie wegen solcher NB. mit dem Teuffel gehalten Gemeinschaft/ und betriebenen ununschlichen Unzucht/ (non verò: Und mit demselben aus solchen schändlichen Beschlaff erzeugeten Kindern) mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestraffet werden. Vid. Carpz. Pr. Crim. P. 1. qu. 30. p. 338. *ibique plura præjudicia*, Qualiter & in supra sæpius allegata causâ inquisitionali, ad præviam Amplissimi Senatus Lubecensis requisitionem Mense Octobr. An. currentis, 1698, respondisse Ampliff. FCtem Juridicam Rostochiensem, ex sequenti, mihi ab

Excel-

Excellentissimo Dn. Præside benevolè communicatò, videre est responsò, quò nuncupatis Summo Numini pro clementissimò mihi præstitò adjutorio gratis submississimis, præsentem hanc Meditationem hâc vice ob signo,

P. P. Als dieselbe uns beygehende unter unserer Facultät Inseigel verschlossen wieder zurück kommende Acta inquisitionalia wieder Lucien Bernitschen in puncto Veneficii zu gefertiget/ mit den Fr. Begehren unser in Rechten gegründetes Bedencken in dieser Sache in forma sententiæ denen selben zukommen zu lassen : Solchem nach haben wir Decanus, Senior &c. obgedachte Acta in gesambten völligen Collegio fleißig verlesen/ reifflich und wohl erwogen/ erachten also denen Rechten nach dafür/ daß Inquisita Lucia Bernitsche/ wann zuserst/ die in fine des Protocollis sub N. 2. angefügte Personen Ihre Summarische Aussage Eydlichen bestärcket haben/ und sie hernach von Ihren Beicht-Vater zur Erkänntnuß ihrer schweren Sünde/ und deren Bereuung gebracht/ auch darauff mit den Heil. Abendmahl gestärcket worden/ NB. wegen ihrer mit dem Teuffel gehaltenen Gemeinschaft und Unzucht/ auch begangenen und bekandten Zauberrey/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode zu bestrafen sey. B. R. B.

TANTUM,

